Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Lichtenthal 7

Langton, Stephen

Frankreich (?), [13. Jh.]

Das Buch Abdias

urn:nbn:de:bsz:31-35356

Visual Library

am et fasciculum suum super terram fundavit.
qui vocat aquas maris et effundit eas
super faciem terre dominus nomen eius. Numquid non ut
filii ethiopum vos estis mihi filii israel ait dominus.
Numquid non israel feci ascendere de terra egipti
et palestinos de capadocia et syros de cy
rene. Ecce oculi domini super regnum peccans et
conteram illud a facie terre. Verumtamen conte
rens non conteram domum iacob dicit dominus. Ecce enim
ego mandabo et concutiam in omnibus gentibus
domum israel sicut concutitur in cribro et non cadet la no
pillus super terram. In gladio morientur
omnes peccatores populi mei qui dicunt non appro
pinquabit et non veniet super nos malum.
In die illa suscitabo tabernaculum david
quod cecidit et reedificabo aperturas murorum
eius et ea que corruerant instaurabo et reedifi
cabo eum sicut in diebus antiquis ut possi
deant reliquias ydumee et omnes nationes
eo quod invocatum sit nomen meum super eos dicit
dominus faciens hec. Ecce dies veniunt dicit dominus
et comprehendet arator messorem et calcator u
ve mittentem semen. et stillabunt montes dulce
dinem et colles culti erunt et convertam captivi
tatem populi mei israel et edificabunt civitates
desertas et habitabunt et plantabunt vine
as et bibent vinum earum et facient hortos
et comedent fructus eorum. et plantabo eos
super humum suam et non evellam eos ultra
de terra sua quam dedi eis dicit dominus deus tuus.

Incipit prologus in abdiam.

Iacob patriarcha fratrem ha
buit esau qui ob ruborem
corporis sui edom hebrea lingua
appellatus est quod latine sanguineus dici
tur. Is memoratum fratrem suum qui israel nomen
acceperat. gravi odio commotus interimere co
natus est. Qua de causa omnes qui populum israel
id est filios patriarche iacob predicti esau odium
imitati persecuti sunt. edom appella
ti sunt. Et quia populus israel de captivitate
chaldeorum per cyrum regem persarum revoca
tus est in iudeam ab alio regno gravius afflic
tus atque oppressus est. ideo hoc regnum quod mo
re esau predictum populum persecutus est. per de
nuntiationem abdie prophete increpatur. quod non
dei indignatione sed sua virtute populum su
peratum gloriabatur. De quo regno olim per
david in psalmo c.xxx.vii dictum est.
Memorare domine filiorum edom in die ierusalem.
nam reliqua ac ratione comprehensa fu
turum in gentes iudicium ob causas lesionis eo

prehendas regnum quod dei in populo israel significa
tum. Hebrei hunc esse dicunt qui sub rege
samarie achab et impiissima iezabel
pavit c. prophetas in specubus qui non cur
vaverunt genu baal. et de vii. milibus
errantibus. helyas arguitur ignorasse. Se
pulchrum quoque eius usque hodie cum mausoleo
helisei prophete et baptiste iohannis in sebaste
veneratione habetur. que olim samaria di
cebatur. hanc herodes rex antipatris filius
in honore augusti cesaris greco nomine
vocavit sebastem id est augustam. hic ergo
qui c. prophetas paverat accepit gratiam propheta
lem. et de duce exercitus fit dux ecclesie. hic
in samaria parvum gregem paverat. nunc in
toto orbe christi pascit ecclesiam. et sicut stepha
nus coronam meruit passionis sic hic ser
vitutis dicitur paulo apostolo nomine gratatur.
quod abdias servus domini in nostro sonat elo
quio. Item alius prologus.

Abdias qui interpretatur servus domini pro
phetat contra edom sanguineum terrenumque
fratris iacob semper emulum hasta percutit
spirituali. Incipit abdias.

Visio abdie. Hec dicit dominus deus ad edom.
Auditum audivimus a domino et lega
tum ad gentes misit. Surgite et
consurgamus adversus eum in prelium. Ecce
parvulum dedi te in gentibus contemptibilis tu es
valde. Superbia cordis tui extulit te. Ha
bitantem in scissuris petre. exaltantem soli
um tuum. qui dicis in corde tuo. Quis de
trahet me in terram? Si exaltatus ~~fueris~~ fu Iob. xx.
eris ut aquila. et si inter sidera posueris nidum
tuum. inde detraham te dicit dominus. Si fu
res introissent ad te. si latrones per noctem quo
modo conticuisses? nonne furati essent sufficien
tia sibi? Si vindemiatores introissent ad te. num
quid saltem racemos reliquissent tibi? Quo
modo scrutati sunt esau investigaverunt
abscondita eius? Usque ad terminos emiserunt
te. omnes viri federis tui illuserunt tibi. invalue
runt adversum te viri pacis tue. qui comme
dunt tecum ponent insidias subter te. non est
prudencia in eo. Numquid non in die illa dicit
dominus. perdam sapientes de ydumea et pru
denciam de monte esau. et timebunt fortes
tui a meridie. ut intereat vir de monte e
sau. propter interfectionem et propter iniquitatem in fratrem
tuum iacob operiet te confusio et peribis in eternum.
In die cum stares adversus eum quando capiebant

Nidus in alto fit ut tutior sit. sic superbus celsitudo sistit. alta tamen
terra. [illegible] diviciis. Nidus intus fit mollicie foris asper
itate spinarum. quod sic sit in [illegible] sic voluptas mollicie sed
[illegible] asperitate [illegible] quod [illegible] interius [illegible] sic
[illegible] in ma. po. la. ora. vos vicinu agnos [illegible]
[illegible] expedisti. [illegible] advocat [illegible]
[illegible] iudas [illegible] excusat [illegible] retinet
dicet magister [illegible] Remisbecht.

alieni exercitum eius. et extranei ingredie
bantur portas eius. et super Ierusalem mittebant
sortem. tu quoque eras quasi unus ex eis. et
non despicies in die fratris tui. in die peregri
nationis eius. et non letaberis super filios iuda
in die perditionis eorum. et non magnificabis os
tuum in die angustie. neque ingredieris
portam populi mei in die ruine eorum. neque de
spicies et tu in malis eius. in die vastitatis
illius. et non emitteris adversum exercitum eius
in die vastitatis eius. neque stabis in exiti
bus ut interficias eos qui fugerint. et non conclu
des reliquos eius in die tribulationis. quoniam
Iob. xxiiii. iuxta est dies domini super omnes gentes. Sicut fe
cisti fiet tibi retributionem tuam convertet in
caput tuum. Quomodo enim bibisti super montem
sanctum meum. bibent omnes gentes iugiter. et bi
bent et absorbebunt. et erunt quasi non sint.
et in monte syon erit salvatio. et erit sanctus. et
possidebit domus iacob eos qui se possiderant.
et erit domus iacob ignis. et domus ioseph flam
ma. et domus esau stipula. et succendentur in
eis. et devorabunt eos. et non erunt reliquie
domus esau. quia dominus locutus est. et heredita
bunt hii qui ad austrum sunt montem esau.
et qui in campestribus philisthiim. et posside
bunt regionem effraim. et regionem samarie.
et beniamin possidebit galaad. et trans
migratio exercitus huius filiorum israel. omnia
loca chananeorum usque ad sareptam. et trans
migratio Ierusalem que in bosphoro est posside
bit civitates austri. et ascendent salva
tores in monte syon. iudicare montem esau.
et erit domino regnum.

Incipit prologus in ionam.

Ionam sanctum hebrei affir
mant filium fuisse mulie
ris vidue sareptene. quem he
lyas propheta mortuum suscitavit. matre
postea dicente ad eum. Nunc cognovi
quia vir dei es tu. et verbum dei in ore tuo veritas
est. Ob hanc causam ipsum puerum sic vo
catum amathy. Amathy enim in lingua nostra
veritatem sonat. et ex eo quod verax helyas locu
tus est. ille qui suscitatus est filius esse di
citur veritatis. ideo de veritate columba nas
citur. quia ionas columba sonat. In compen
satione autem iste ionas ad gentes mittitur
quia ninive agente penitentiam. illi quidem in
malicia perseveraverunt. Temporibus quippe Iere
roboam regis israel qui deo derelicto cum populo
suo in samaria ydolis sacrificaverunt.

Sicut fecisti. Sic dicendum est erunt quasi non sint. Locus ad erat quod ... sanguine ... erunt ... crudelitatem ... carnem ... dictata et spiritu sic ... debes ... victoris ... filia ... de victoriam ... carnem ... cum ... filia ... me ... que ... caro ... supplicium ... domino ... abstinentium.

ionam prophetam fuisse. hystoria quarti li
bri regnorum indicat. cum propheta ille ...
natione in spiritu sancto peccatores civitatis ni
nive dei misericordia consecuturos videret. ne falsa
predicare videretur ad denuntiandum interitum
eiusdem civitatis ire nolebat. Nam
sicut deus ad habraham de impietate so
domorum locutus est. clamor sodomorum et go
morreorum pervenerunt ad me. Ita et de nini
ve dicitur. eo quod ascendit clamor malicie
eius ad eum. et sicut sententia dei de sodomis facta
minime revocata est. ita et ionas adver
sum ninive prolatam revocari nolebat.
divine dispensationis ignarus. qui sa
lutem hominum secundum ... magis vult
quam interitum. hoc autem illi accidit quod sancto helyseo
qui filium sunamitis mulieris mortu
um ignoravit. Ideo a conspectu dei fugere se io
nas putabat humanum aliquid passus. di
cente david. Quo ibo a spiritu tuo et a facie
tua quo fugiam. Item alius prologus.
Ionas interpretatur columba pulcherrima.
naufragio suo passionem domini prefigurans.
mundum ad penitentiam revocat. et sub no
mine ninive salutem gentibus denuntiat.

Et factum est verbum do
mini ad ionam filium
amathy dicens. Surge
et vade in ninivem civitatem
magnam et predica in ea. quia ascendit clamor
malicie eius coram me. Et surrexit ionas ut
fugeret in tharsis a facie domini. et descendit in
ioppen. et invenit navem euntem tharsis. et de
dit naulum eius. et descendit in eam. ut
iret cum eis in tharsis a facie domini. Dominus
autem misit ventum magnum in mare. et facta
est tempestas magna in mari. et navis
periclitabatur conteri. et timuerunt naute. et
clamaverunt viri ad deum suum. et miserunt
vasa que erant in navi in mare. ut
alleviaretur ab eis. et ionas descendit ad
interiora navis. et dormiebat sopore gravi.
et accessit ad eum gubernator et dixit ei.
Quid sopore deprimeris. Surge invoca deum
tuum. si forte cogitet deus de nobis. ut non pereamus.
et dixit vir ad collegam suum. venite mit
tamus sortes ut sciamus quare hoc malum
sit nobis. et miserunt sortes et cecidit sors
super ionam. et dixerunt ad eum. Indica no
bis cuius causa istud malum sit nobis. Quod vn
est opus tuum. que terra tua. et quo vadis. vel